Anno Domini vt supra

24.

ODE

IN FVNERE

Admodum Rndi & Clarissimi Viri,

D. IACOBI IANIDŁOVII,

I. V. D.

& PROFESSORIS CELEBERRIMI:

Canon. Sandec. Protonotarij Apostolici, Almæ Acad. Procancellarij, de ipsa multò meritissimi.

A

M. LAVRENTIO SMIESZKOWICZ, Coll. Min. Tyliciano Eloquētiæ Professore conscripta.

CRACOVIÆ,
Ex Officina Typogr. Matthiæ Andreouiensis.
Anno Domini, 1620.

Seneca Epistolâ 77.

Vita non est imperfecta, si honesta est. Vbicunq; desines, si bene desines, tota est; sed & fortiter desinendum est.

Item in calce eiusdem.

Quomodo fabula sic vita, non quamdiu sed quàm bene acta sit, refert.

Lipsius Epist. 30. Cent. 4. Miscell.

Vides, quàm fata ordinem non seruent, & quos vota, ac spes nostra vitæ longæ destinabant, eos abripi, & superstites relinqui languentes aliquos, aut senes.

ODE DIC.

O Spes hominum fallaces! ô
Mendax rerum species! ô quàm
Hominum curæ ludi! quàm eheu
Magnum in nostris rebus inane,
Nilq́ meracum!
Nos hîc homines mortale genus
Spebus uanis multa rotamus,
Votaq́ nostris cudimus animis
Fluidas per aquas âere tenui
Digna notari.
Cùm mors oculis orbata licet
Curriculum fati adamantinum
Greßu insistens nunquam vario
Stat retrò, ac te nil metuentem
Demetit atrox.

 En quem

En quem uotis omnes paribus
Cupiebamus, rebamurq́;
Spe non dubia (licet humanâ)
Superaturum tempora longa;
Iam tenet illum
Somnus ahenus, iacet exanimis,
Mortisq; gelu tetrico obriguit;
Iam illam pulchram uiuidam & animam
Vitamq́; simul reddidit, unde hanc
Duxerat olim.
O uitam hominis, uenti flamen,
Leuem aquæ bullam, temporis atomon,
(Nimis & mirum Pindarus vt ait)
Somnia quædam non perspicua
Labilis umbræ.
Satis attamen ô JANIDLOVI
Naturæ, sat tibi, satq́; tuo

Pulchro

Pulchro decori uixisti æui;
Verùm altrici nostræ Academiæ
Non satis usque.
Vixisses ô IANIDLOVI utinam
Magnisque tuis utinam meritis
Plenior æui plures cumulos
Accumulasses. Enarrabit
Dulcè labores
Obitu mærens tuo Academia,
Fastisque suis inseret ultro
Commoda per te patrata sibi,
Nec te iusto sine mnemosyno
Eximet olim
Immemori æuo. Tu de Cathedra
Themidos diuæ Oracula diua,
Omneque fas & ius titiam omnem

Prudens omnis iuris in orbem

Pangere doctus

Fueras; digitos ueluti callens,

Labyrintheos legum flexus,

Iusque immensum peruio itinere,

Ambage procul mons trans; uetera

Iura modernis

Spirantibus et clarans formis:

Quæque acta foris fiuntque domi,

Committens non sine lance, æquo

Veróque tenus. Quid tot hominibus

Consiliorum

Data vis præsens; cùm uelut ille,

Appius olim fraudes retegens,

Multisque dolis fas obstructum,

In apricum de tenebris ducens,

Ostia nunquam

Foris illius pausam facerent.

Sed in

Sed in omne æuum prodesse uolens,
Fraudem arcentis ui consilij;
Feret acceptum bona posteritas
Illius arti
Martiq; librum, minio & Cedro
Dignum: quo ceu Ariadneo
Filo, ductus mons trat opacos,
Dum caussa domum litis oberrat
Ægredi & ardet.
Ante sed alias moles operum,
Inclyta genitrix Academia
Memorabit, quàm fuit integra
Pietate, fide, zelo ardenti in
Seq; suosq;.
Vidisses hunc quando gubernis
Præfuit eius, liberq; sibi
Paribus sapiens dabat imperium.

O hunc

O hunc natum sydere fausto,
Rebus agendis.
Fecerat illum uigilem inprimis
Natura parens, hinc iudicium
Acre accessit, dexteritas hinc
Ingenitum non studio partum
Grandeque donum.
Seuerus erat cum blanditie,
Blandus fuerat sed non exors
Ponderis, amor ita utroque stetit
Cornu, ut reus & uindex uariâ
Sorte reuulsi,
Attamen uno iudice tuti.
Ibi collectæ conscia mentis
Grauitas, comes & constans animus
Omnia fausto maturabant
Ordine gesta.
Quid ubi impulerat sors inimicans,

Inter sacrum & saxum Academiam,
Quàm stetit ingens pectoris, & quàm
Pius in matrem iuraq; quorum
Iure sacerdos
Fuerat? Vidit ROMA Synopsis
Mundi, fidei arx æmula cælo,
Ius titiæ quæ hic premitur trahitur,
Diua assertrix: uidit toties
Curia Regis
Optimi, & illum ciuem egregium,
A legibus ac æquos tantem
Usus publici, suauibus oculis
Bibit, & dare non dis tulit ultra
Candida signa.
Verùm quid ego gesta IANIDLOVI
Duco in filum? sileam præstat,
Publica quem sic gloria constans
Loquitur, quem res ita multiplices
 Usq; celebrant.

Oratorem miſſum audiuit
FLORENTIA, ubi patriæ agebat
Operæprecium, Regis nomen
Pondusq́ſui in ſeſe geſtans.
Quis numerabit,
Quos & quantos ille labores,
Quàmuè impigros tulerat pro aris
Cultuq́ Dei, ſatagens eſſe
Non ſibi tantùm commodus? ipſa
Dicet abundè
Ecclesia per Craceum ouile.
Hinc nec fruſtra iucundus erat,
Tot Epiſcopei muneris almis
Principibus, queis placuiſſe haud eſt
Ultima uirtus.
Ergo ſua illum talia merita
Nunc comitantur, nec morte mori
Poſſunt, imò nunc incipiunt
Florere,

Florere, uelut rosa uere nouo
Ante sepulta.
Condisce, animum dare thesauris
Talibus, Homo qui es fati spolium;
Quos post mortem tibi mendico
Inopi, solam haud ampliùs urnam
Ligneam habenti
Sarcinulas in liceat legere.
Sola docet mors homines miseros,
Quàm sollicitè comparsa bona
Cunctaq; (uirtutem excipe) sint per-
nobile uanum.
Stramine facili uelut exusto,
Volitant illinc hincq; fauillæ
Mera uentorum ludibria: Sic
Sic perit omnis gloria mundi:
Nos tráq; dudum

Quæ as seruimus, en homine extincto
Dilapsa leues ueluti nebulæ.
Debemur nos, nostráq; morti
Omnia, solum hoc, quod sanctè ac tum est,
Morte carebit.
His, ô nobis reuocande diu,
His, IANIDLOVI, permansuris
Solidisq; bonis acrè studebas.
Nec tu populo bibulas aures
Pandere suetus.
Tecum habitabas, nec te extra te
Anquirebas, memor illius
Lapsi è cælo γνῶθι σεαυτόν.
Falluntur enim sensus hominum,
Neq; rubricam
Bene contorquent, uocitantq; nigrum
Syncerum album candidum olorem:
Solamq; uident cùm speciem ipsam

Corporũ

Corporis, animos tractare solent
Iudice sensu.
Quisquis genio nascere dextro,
Non distorto hoc perpendiculo
Mores hominum dispice prudens.
Mentibus imis sedet inclusa
Seria uirtus;
Aliam fingi'que superficiem
Intus & alia est, exosa oculos
Æmissitios, celari & amat.
Ut flos tacitis natus in hortis,
Quem educat imber,
Solis'que calor firmat amicus,
Soli cælo cupit agnosci:
Mascula uirtus gemino pacto,
Cælo tantùm gaudere, suo
Teste, laborat.
Sic is cuius funera meritis

Deflere par est lachrymis, uitæ
Omnem horrebat speciem externam:
At mentem imum testem pulsa,
Tinniet ipsum
Incorruptum solidumq́ bonum:
Pietas ingis, præsensq́ Dei
Numen in omni facto, publici
Fructus ratio quæsita modis
Omnibus æquis.
Fortunam is habens suo ab obsequio
Non illi se credidit, eius
Variabilium doctus uicium:
Quæq́ bona sibi dederat sobrios
Trita per usus,
Habuit similis non ea habenti.
Ideoq́ libens ista resignat,
Bene gnarus, aquæ mobilis instar
Hoc tale bonum diffluere solens.

Interea ipse
Sui securus, gestisq; bene
Animo gaudens, de statione hac
Quando summus cunq; iuberet
Humanarum præses rerum,
Ire paratus.
Ibunt igitur tecum curæ,
Adituśq; labor pro Deo & aris,
Publicoq; bono, merita in multos
Homines, uirtus omnigena tua,
O IANIDLOVI.
Ibit tecum pede non pigro;
Et amænis te Tempe locabit,
Elisij hortis summo uolupe;
Vbi conspicies nostras illas
Nomina grata
Pulchras animas, PLOCIOS gnauos,
BATCOVIOS & memorandos, &

Illam

Illam SCHONÆI *animam innocuam*
Scitamq́; nimis, qui hoc iter ipsum
Nunc præierunt.
Quorum, atq; tui memores, uestri-
q́; citi excessus, lachrymas lachrymis
Trudimus, & post alios alium
Plangimus: ac iam prosperiora
Fata uocamus.